



Traccia nr. 1
Difendere la poesia

da COLUCCIO SALUTATI, *Epistola a Giuliano Zonarini*

Il brano è tratto da un'epistola che, il 25 ottobre 1378, il celebre cancelliere fiorentino Coluccio Salutati (1331-1406) inviò all'amico Giuliano Zonarini, a sua volta cancelliere a Bologna, in risposta ad una missiva dove quest'ultimo aveva pesantemente criticato i poeti antichi e in particolare Virgilio. Sulle orme del plurisecolare dibattito 'pagani-cristiani', Salutati sviluppa un'accorata difesa del valore assoluto della poesia, rivendicandone il ruolo edificante per l'individuo, e rivendicando al tempo stesso la libertà di poter scegliere cosa leggere, al di là di ogni dogma.

[...] Unde tibi, frater optime¹, quod adeo Maronem abhorres? Fabulas, inquires, et deorum monstra commemorans, hominum flagitia canit, et cum, ut ais, non ambulaverit in viis Domini, a rectae fidei tramite legentes inflectit. [...] Fragile fundamentum est ex professione fidei gentilium inventa non legere, maxime cum per ea possis vanitatem ipsorum facilius reprobare. Non putes me sic unquam legisse Virgilium quod quae de diis gentilium fabulabatur duxerim amplectenda; sed placet mihi stilus, quem hactenus nemo versibus adaequavit, nec putem posse ad eius altitudinem atque dulcedinem humanis viribus pervenire. Miror sermonis sui maiestatem, proprietatem vocabulorum, concinnitatem versuum, planitudinem orationis, compositionis venustatem et denique verba coniugatione melliflua maritata; miror profunditatem sententiarum. [...] Quod si tu, ingenii tui viribus, potes sine poetarum notitia aut scire grammaticam aut plurimos sanctorum patrum libros, dictis poetarum refertos, plene cognoscere, non interdicas mihi et reliquis, quos vel studia ista delectant vel qui ad illam ingenii tui altitudinem non venerunt, Maronicam lectionem²; et si tuis libris, quasi luce clarissima, delectaris, sinas me, qui tantum lumen oculis non admitto, inter tenebras poetarum stellas, quibus illius noctis obscuritas exornatur, aspicere et ad aedificationem veritatis et fidei aliquid inter fabulas vestigare, quarum cortex amarus saporem dulcissimae suavitatis includit. Quod si tu facere non potes aut non curas, bona venia mea, a poeticis abstineto.



Unum restat quod cum stomacho legi³: Virgilium enim vatem mentificum appellasti. [...] Unum tamen dixerim, quod propriatori uti non poteris epitheto; iamque tibi fatear vatem mentificum, hoc est mentem facientem, iure posse Virgilium appellari. [...] Qui altius perscrutari voluerit, inveniet apud auctorem illum non solum in cortice venustatem et inter flores suavitatem odoris, sed in medulla talem cibum, quod merito poterit dicere per eum mente et intelligentia profecisse.

Vale itaque, et iuxta Catonis versiculum, “Virgilium legito”, quia sacerdos non es, omnium canonum prohibitione securus. Apud illum enim invenies quod visum delectet, mentem pascat et reficiat intellectum, et ex eo ad eloquentie doctrinam non parva percipias documenta.

¹ *frater optime* = l'appellativo confidenziale si riferisce a *Giuliano Zonarini*

² *Maronicam lectionem* = riferimento a Virgilio

³ *unum...restat*: si riferisce a quello che Salutati ha letto nell'epistola del corrispondente.

Consegne:

- 1) Traduzione integrale del testo, dal latino all'italiano.
- 2) Commento al testo, da sviluppare tenendo conto degli aspetti stilistico-formali; dei contenuti; del valore attualizzante delle tematiche trattate, nelle sue possibili proiezioni nella società e nell'esperienza dei nostri tempi. C'è, oggi, uno spazio unanimemente condiviso per la poesia, o ancora oggi c'è bisogno di difenderla?

Si precisa che nello svolgimento del commento non è richiesta la contestualizzazione storica dell'autore o dell'opera; ove si intenda soffermarsi su tali aspetti, dovranno essere indicati i sussidi utilizzati (fonti bibliografiche, sitografia, ecc...), che dovranno tuttavia essere rielaborati in maniera originale nell'argomentazione proposta.



Traccia nr. 2

Dante: l'immagine e la gloria

da GIAN MARIO FILELFO, *Vita Dantis Alagherii*

Gian Mario Filelfo (Costantinopoli, 1426-Mantova, 1480 ca.), figlio del ben più celebre umanista Francesco, fu letterato versatile, prolifico ed esuberante. Il brano che segue è tratto dalla biografia dantesca che, tra il 1467 e il 1468, egli compose a Verona, dove tenne anche la lectura Dantis, dedicandola a Pietro Alighieri, discendente del poeta. Riprendendo biografie precedenti, egli ripercorre aneddoti legati al personaggio, ne esalta la grandezza e ne rievoca i tratti somatici, accennando, alla fine, ad un antico ritratto in origine collocato tra gli affreschi della chiesa fiorentina di Santa Croce, oggi perduto.

[...] *Mediocris fuit Dantes staturae, barbatus optime, colore subfusco, glaucis oculis, procera facie, vultu semper gravi ac hilari, quique prae se ferret maiestatem aliquam veneratione dignam alliceretque quos intueretur ad se amandum. [...] Crispatos autem naturaliterque subtractos et capillos habebat et barbae pilos, quem ferunt mulieres Ravennates, cum *Infernum* edidisset – quo se fingit profectum esse – admiratas dixisse idcirco capillos habere nigerrimos atque subtractos, quod ad Inferos accedens, non potuerit non subustos referre pilos. [...] Mirabilem hunc poetam existimo et cuius similis ante ipsum fuerit ullus, post eum futurus sit nemo. Quod ad ingenium vero attinet et doctrinae magnitudinem, quis eo fuit ingenio praestantior, quis doctrina maior? [...] Erat vigilantissimus; algoris, aestus, famis, sitis somnique ac omnis laborum generis patientissimus, nec inediae parcens, nec ulli difficultati [...]. Liberalissimus fuit, pluraque donabat longe munera cum esset Florentiae, quam caperet, quod et invidiam ei non parvam procuravit. [...] Sed cum caste, integre, pie, innocenter vixisset annum sextum et quinquagesimum, diem obiit religiosissime functus Ecclesiae nostrae sacramentis, cum ageretur annus vigentesimus primus ad tricentesimum atque millesimum a Salvatoris nostri natalitio, cuius morte privata est Ravenna luce sua, Florentia sua gloria, terrarum orbis viro praestantissimo, cuius laudibus aetas est nulla fine allatura, cuius vitam mortemque silebit posteritas nulla, cuius libros nulla aetatis delebit rubigo.*

Huius simulacrum quandoquidem esse arbitror numen, Florentiae apud sacrum est Sanctae Crucis, in medio fere templi ad eorum sinistram qui Ecclesiam ingressi, ad maius proficiscuntur altare, estque communis cunctorum opinio veram effigiem esse, ac faciem pene propriam atque naturalem, ut eorum parentes nepotibus retulerunt qui



vivum videre Dantem, qui quidem etsi carne solutus est, ut erat mortali corpore, nunquam est gloria diem obiturus, mentem semper futurus felix.

Consegne:

- 1) Traduzione integrale del testo, dal latino all'italiano.
- 2) Commento al testo, da sviluppare tenendo conto degli aspetti stilistico-formali; dei contenuti; del valore attualizzante delle tematiche trattate, nelle sue possibili proiezioni nella società e nell'esperienza dei nostri tempi.

La grandezza di Dante venne unanimemente recepita dai suoi contemporanei e dai suoi immediati successori. Ormai giunti al centenario del 2021, che ha portato anche all'istituzione di un *Dantedì* nazionale, dove risiede, ancora, la forza più autentica del suo messaggio e della sua immagine?

Si precisa che nello svolgimento del commento non è richiesta la contestualizzazione storica dell'autore o dell'opera; ove si intenda soffermarsi su tali aspetti, dovranno essere indicati i sussidi utilizzati (fonti bibliografiche, sitografia, ecc...), che dovranno tuttavia essere rielaborati in maniera originale nell'argomentazione proposta.



Traccia nr. 3 Dovere civile

da MARSILIO FICINO, *Epistola a Pietro del Nero*

Nella lettera che segue, intrisa di reminiscenze platoniche e neoplatoniche, Marsilio Ficino (1433-1499), che fu uno dei principali filosofi del Quattrocento italiano, spiega al corrispondente che la comunità civile è un organismo complesso, di cui fa parte il cittadino e che quest'ultimo si realizza, nell'esercizio del proprio dovere, antepoendo il bene comune all'interesse privato.

De officio civis

[...] Est autem civis officium considerare civitatem esse tanquam animal unum, ex civibus tanquam partibus constitutum, ac partem toti, non totum parti, servire debere: quando enim partis tantum commodum queritur, utriusque, scilicet tam partis quam totius, commodum prorsus amittitur; quando vero totius queritur bonum, bonum utriusque servatur. Igitur meminisse debet civis, nihil sive boni sive mali alicui civitatis membro posse contingere, quin propter connexionem quandam ad cetera membra pertineat atque totum; nihil rursus toti civitatis corpori evenire posse, quin mox ad singula animalis huius membra pertineat. Nemo igitur in hac urbana familia dicat «meum hoc et illud tuum» - omnia enim in hoc ingenti animali quodammodo communia sunt -, sed dicat «meum hoc et illud» non possessione quidem propria, sed affectu potius atque cura.

Patriam quisque tanquam parentum parentem amet et colat; privatus antiquis probatisque legibus obediat tanquam Deo: non enim absque Deo huiusmodi leges constituuntur. Magistratus meminerit non aliter se legibus quam privatum magistratibus esse subiectum; intelligat se a Deo, cum iudicat, iudicari; Platonis preceptum semper ante oculos habeat, ut non se ipsum, sed civitatem, non partem civitatis aliquam duntaxat, sed universam respiciat; sciat denique, optimum in celesti patria huic servari locum, qui terrenam patriam ad celestis exemplar pro viribus disposuerit: communi enim mundi regi nihil gratius quam commune bonum.

Haec et similia ad civem legitimum pertinentia scire te arbitror et servaturum spero, cum doctrina prudentiaque non careas [...]. Vale.



Consegne:

- 1) Traduzione integrale del testo, dal latino all'italiano.
- 2) Commento al testo, da sviluppare tenendo conto degli aspetti stilistico-formali; dei contenuti; del valore attualizzante delle tematiche trattate, nelle sue possibili proiezioni nella società e nell'esperienza dei nostri tempi, compresa l'attualità più tragica e stringente di questi giorni, che ci ricorda quanto forte sia l'interazione fra ciascuno di noi e le comunità, piccole e grandi, con le quali interagisce.

Si precisa che nello svolgimento del commento non è richiesta la contestualizzazione storica dell'autore o dell'opera; ove si intenda soffermarsi su tali aspetti, dovranno essere indicati i sussidi utilizzati (fonti bibliografiche, sitografia, ecc...), che dovranno tuttavia essere rielaborati in maniera originale nell'argomentazione proposta.